



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

153261-B

ALT-

153261-B

Digitized by Google

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
JUSTITIA ET JURE
itemque
DE JURE NATURALI GENTIUM ET CIVILI.

Q U A M

FAVENTE DEO TER OPT. MAXIMO

Ex Autoritate Magnifici Rectoris,

D. PHILIPPI REINHARDI VITRIARII,
J. U. D. ANTECESSORIS ORDINARII,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī Consensu, & Celeberrimae
Facultatis JURIDICAE Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in **UTROQVE JVRE** Honoribus & Privilegiis,
ritè, ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini submittit.

PETRUS BEELAARTS, Dordraco-Batavus.

Ad diem 23. Junii, hora locoque solitis.



LUGDUNI BATAVORVM,

Apud ABRAHAMUM ELZEVIER, Academice
Typographum, M. DCC. II.

*Illustribus, Generosis, Amplissi-
misque Viris.*

D. MATHIAE POMPE, J. U. L. Domino in
Dorsmonde, Nieuwerkerke &c: Capitali, D: Joha-
nis (quod Trajecti ad Rhenum est) Catholico:
Reip: Dordracenæ Scabino & Senatori, ejusdemque
urbis nomine Saepius ad concessum Illustr: Et Præ-
pot: Hollandiæ & Westfriſiæ Ordinum deputato. &c.

D. WILHELMO BARONI DE BRAKEL,
Libero Domino in Slingeland: Domino in Carnisse
&c. Aqueductuum Diocæsos, Vulgo *den Neder-
weerd*; Comiti hereditario: nomine Ordinis Eque-
stris; Ducatus Geldriæ, & Comitatus Zutphaniæ,
in Collegium Archithalassicum (quod Rotterodami
est) deputato, &c: &c: &c:

D: ERNESTO DE BEVERE, J. U: D. Domino
in *Westfjelmonde*. Mervœi Territorii Bailivo: Dor-
dracenæ Senatori, ejusdemque urbis nomine Saepius
ad concessum Illustr: & Præpotent: Hollandiæ & Westfriſiæ
Ordinum &c. & in Cameram Rationum Foedera-
ti Belgii deputator: &c.

D: GODEFRIDO A SLINGELAND: J. U. D.
Australis Hollandiae Consiliario & Quæstori Generali:
Rei. Monetariae Fœderati, Belgij præfecto generali :
Reip: Dordracenæ Senatori, & Consulari, ejusdem-
que urbis nomine, Sæpius in concessum Illust: & Præ-
pot. Hollandiæ & West-frisiæ Ordinum , ut & Fœde-
ratarum Provinciarum, nec non in Collegium Archita-
lassicum , (quod Rotterodami est) nuper deputa-
to.

Avunculis & Cognatis consanguinitate &
affinitate Proximis:

*Hocce Lemma Inaugurale in ob-
servantia, & Venerationis
tefferam, offert & Sacrum
Facit.*

P E T R U S B E E L A A R T S,

Anno 1702.



AMICO LECTORI.

Salutem Plurimam.

PETRUS BEELAARTS.

HX quo tempore, L: B. Solemnitatibus Academicis satisfacere decrevi, nihil aequum me sollicitum habuit, ac commoda Dissertationis materia; Videbam enim elegantissimas in Jure nostro Materias, mihi preceptas & docte pertractatas, quare nisi vellem Crambem saepius repetitam apponere, materia mihi querenda erat, quae non toties Juvenilem exercuisset industriam.

Arripui itaque Materiam, quæ Jura intuenti statim oculos & animum obversabatur: Attamen quod quidam ego scio perquam raro a Jurisprudentiæ Candidato explicata, licet, quod equidem nos ignoro, tot fuerint Roscii, id est, tot Docti Interpretos, a quibus, quæ ad hujus dissertationis illustrationem afferri queant, jam pridem occupata, exhausta, & consumpta esse dicerentur.

Sed cum Venia nos quoque haec scribimus, praesertim alio quodam, ne dicam novo plane modo; aliud enim Styli genus

nus instituimus, in quo vere passim dicere, omnia nostra esse.
& nihil.

Cum enim inventio tota & ordo a nobis sit; Verba tamen
& Sententias varie conquisivimus a scriptoribus priscis:
nec hoc ambitio aut novitatis Ventus (Cum nullum jam
dictum sit, quod non dictum sit prius) nos impulit, In-
genue testor, licet jam nunc audire mihi videar, multos
esse, qui me a pudore aversum judicant, quod & ego qui
neque aetate, neque ingenio, (quod sentio, quam sit exi-
guum) neque auctoritate sum cum aliis comparandus, in
materiam de Justitia & Jure, aliquid scribere & publico
donare veritus non fuerim.

Verum hos ipsos, si facti nostri causam, de qua multa
prefari, (cum supervacui sit laboris) nostri instituti non est,
recte percepimus, mitius de eo judicaturos, omnino mihi
persuasum habeo. Necesse enim ex invenientia consuetudi-
ne, habent illi, qui gradum in Jurisprudentia accepturis sunt,
quandam ad jus spectantem exhibere materiam, ut often-
dant se quantum ceteris ad voluptates & ad ipsam animi
& corporis requiem conceditur temporis, tantum sibi ad
Studio excolenda sumptuisse.

Hec cum ita sint, quisnam me reprobendat, aut quis
dicat inconveniens esse, materiam sumere, cuius excellen-
tia ex difficultate unicuique constat, & cuius dignitas en-
utilitate constituit.

Quid maius homini datum, quam posse examinare, quid
Justum, quid injustum; aequum ab iniquo separare, Lici-
tum ab illicito discernere, quod est hominis justi, & ipsius
Iusti officium: At quid difficilior, quam Veri & Falsi si-
nuosos anfractus satis superque habere exploratos: Iusti &
Injusti limites recte discernere, de principiis bona coniuge-
re, fundamenta Boni & Aequi, ut oportet ponere, iisque
positis apposse superstruere: hoc opus, hic Labor est.

Por-

Porro quid Mortali utilius , quam omnia ad Justitiae normam dirigere , justitiam recte colere , eamque profiteri , cum ipsa summa sese humano generi utilitate ac necessitate commendat , quâ explosa , homo corporis ac animi dotibus tantopere ceteris animantibus superior sese reddit inferiorem ac infelicem longius.

In Justi Principia penitus inquirere , quid Christiano dignius , nemo enim , qui ratione sana uitetur , qui que se Syria Carneadis eloquentia illudi non sinit , diffitebitur , quin omnium cognitione , & juris inquisitione , diligentiori sunt dignissima : sed facile sibi persuadebit cum Cicerone lib. I. de Legib. Nos ad justitiam esse natos , neque opinione , sed natura constitutum esse ius.

Placet itaque Justi fontes perlustrare paululum , ut inde rivos ad Vastum Juris oceanum deducere liceat , postmodum felicius. Hac in re , cum cursum ad justam rationis cynosuram continuo dirigere , atque evitare scyllas occurrentes , haud aequa facile sit ; Fateor forsan occurrent errores , quibus ut veniam det Candidus Lector , & ego quam maxime peto , ac flagitant cum Iuvenilis zetas , quam ago , & exiguum temporis spatium , quod studio juris dari mihi , nescio quo fato , contigit.

B


DIS-



DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
JUSTITIA ET JURE
itemque
DE JURE NATURALI GEN-
TIUM ET CIVILI.

Caput Primum.

De Justitia.



N omni arte ac disciplina rite, accurateque tradenda, primo ejus finis diligenter observandus, ad quem veluti ad metam omnis contemplatio, ac actio dirigatur.

Proprius ac Verus *Jurisprudentie* finis & scopus est *Justitia* seu potius exercitium & administratio *Justitiae*.

Inventa enim est disciplina juris huic fini, ut legibus scriptis dextre explicatis, *Suum cuique tribuatur:*

DISSEMINATIO JURIDICA

Libr. I. de Unde Cicero: finem in Jure Civili, ait esse, legitime arque usitate in rebus, causisque cirtuum equalitatis conservationem.

Novella 69. Ad hanc justitiam, omnia legum iussa diriguntur, & omnes nostri conatus sunt referendi; quapropter non sine magna praeferat.

Principio Inst. & atque ejus vim ac naturam definiendo declarat.

Pandect. Imper: Principio Inst. & Ulpian. leg. 10. digest. eod. Justitiam autem definiente imperatore, & Ulpiano; est

Constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. quæ definitio, ut ut trita & vulgaris, non æque tamen clara multis visa est; sed contra hanc objectiones factas examinare, ac refutare, exusque verbis explicandis anxie inhaerere, nostri instituti ratio non patitur, nec res hoc ipsum exigere videatur.

*Vide Schol. tann. exar. mon. juridicum: hoc si. Poteſt tamen commode ſic explicari & ſuſtineri, ut Voluntas ſignificet habitum, quo quisque inclinatur, ut ſuum cuique tribuat. Sicut Auguſt. fidem definit, credere, quod non vides, id est habitum, quo inclinamur ad credendum, quod non videmus; ut eo modo huc definiſtio tendat, quod dicatur *Justitia* virtus que vnde conſtanter & perpetuo ſuum cuique tribui.*

Justitia dicitur Voluntas conſtant & perpetua. Conſtant Voluntas est, que certis & immutabilibus notitiis, humanae menti divinitus impressis est praedita, rationisque indicio & lumine gubernatur.

Perpetua ad extreum vice continuata.

*Hicce prælibatis videre eſt, quod hic conſideretur *Justitia* hominis, non singularum actionum: homo justus non eſt, qui ſemel atque iterum justum quid fecerit, unam alteramve justam actionem exercuerit, ſed qui conſtant voluntate ad justa pronus eſt, id eſt, qui destinato animi ſui proposito justa facit, & justa vult.*

*Justus ſic ab omni animo eſt comparatus, pectusque ita informat, ut neque donis, aut muneribus frangi neque ulla gratia a *Justitia* tramite ſeduci, aut ad injustum quid cereus flecti poſſit.*

*Justus, inquam, eſt qui continuo incitatū ad agendum quod ei prescribat recta ratio: eſt enim *Justitia*, ut volunt Ethici Rationis adequatio: oriatur ex virtute & amore rationis. Vide Geulinx.*

Ju-

Justitia dicitur quod sit vel *Divina*, vel *Humana*: recte hæc &c. hic *W-*
definitio intelligitur de *justitia humana* legali. Omnis enim *semb.* ad
actio moralis ex habitu proficiscitur: Sic *Gellius*. *Liberalitatem princip. Inf.*
vocat, benignitatis perpetue constantiam.

Quod cum in omni virtute morali ita sese habeat, miror *Libro 17.*
eorum *judicium*, qui quod in hominem *perpetuam & constan-*
tem voluntatem non cadere falso existiment, eo absurditatis
deveniant, ut *Divinam Justitiam Jovis filiam*, *Quam Ethnici*
ut *Dream coluerunt*; et si negandum non sit & hanc *Justitiam*
(origine dici posse *Divinam*) hic definiri dicant: non consi-
derato

Primo, Quod ea debeat definiri *Justitia*, circa quam versa-
tur *Jurisconsultus*, certum autem est, eum non versari circa *Ju-*
stitiam Divinam.

Secundo, Quod de Deo prædicari nequeat, quod sit vo-
luntas.

Tertio, Quod alicui aliquid ex debito tribuat.

Quarto, Accedit, quod *Justitia Divina*, etiam occupata sit, *Leg. 18. de*
circa hominum cogitationes, secus ac *justitia nostra*. *Poenis.*

Non obstat

a. Quod *perpetua & constans voluntas* non cadat in homi- *Novella 7.*
nem. *Cap. 2.*

Primo, Quia sufficit, quod intentio cadat, licet effectus non
subsequatur: *Nullus Justus & Sanctus caret peccato*, nec tamen *Gennadius*
ex hoc definit esse Justus vel Sanctus, cum effectu teneat Sancti- *Presbyter*
tatem. *Maffilensis!* *Libro de ec-*
clesiast. Dog-
mat. cap. 86.

Justitia non ex actu quodam, sed ex animo & voluntate aesti-
menda est. *Lege Po.*

Secundo, Talis intelligenda *Justitiae constantia*, qualis in
hominem cadere potest; quia prædicata accipienda sunt secun-
dum naturam subjecti. *nult. de J.*
& J. *Leg. 18. ff. de*
adil. edit.

Non obstat

b. Quod *Jurisconsulti* vocentur *Sacerdotes*: quia id per me-
taphoram; & alioquin non infrequens est, quod vocabulum
hoc referatur ad munera & officia civilia: quo sensu etiam in
sacris filii *Davidis* vocentur *Sacerdotes*: *libro 2. Samuelis Ca-*
pit: 2: V: 18. *Leg. i. D. hoc*
Titulo. *Leg. 17. D.*
do muner.
honor.

Secundum Philosophos, (in jure nulla traditur divisio) *Ju-*

4 DISSESSATIO JURIDICA

sitis hac humana est duplex: alia Universalis, alia particularis: hujus duae sunt species: Distributiva est Virtus, qua de rebus communibus ipsis civitatis membris, qua talibus, suum tribuit, secundum proportionem Geometricam.

Commutativa est, qua de rebus singulorum suum cuique tribuit, secundum Arithmeticam proportionem: hoc pertinent omnes commutations &c: uno verbo σιγμαλημα spontanea, & invita etiam delicta, nam in horum & poenarum quantitate investiganda respiciuntur personæ: at ubi constat de delicto & poenae magnitudine, judex secundum hanc proportionem poenam imponit.

Arist. 5. Eth. 5. Leg. 14. 16. de C. us int. crim. Ques. term. Hæc Vulgaris DD. sententia, licet multi adhuc variant, &, ut ajunt, *adhuc sub judice lis est*. Ad quam justitiam, distributivam scilicet num ad commutativam referenda sint poenae: *anceps & perplexa questio, expedita res, si cum recentioribus, inter quos Grotius, Justitiam distinguamus in Attributricem, & Exploratricem*. Ad Exploratricem haud dubie: quia nemini permittitur punire, nisi cui jus plenum & perfectum puniendi concessum est, nec poena affligendus quisquam, nisi qui plene & perfecte meritus, idque sua quasi voluntate: *Gnarus Crimina subiacere poenæ*.

Philosophorum, inquam, Scholæ tradunt, quod *Justitia* alia sit *universalis*, alia, *particularis*.

*Universalis est virtus perfecta & praestantissima, qua hominum actiones secundum omnia legum prescripta diriguntur ad publicam civitatis utilitatem: munus suum in omnium Virtutum objectis exercet: virtutes omnes sub se, veluti sola mater & regina, comprehendit; hæc ab Arist. uno nomine *virtus* vocatur: *Virtus*, inquit, *virtutis undique perfecte dicitur*. Cicero hanc vocat *Dominam & Reginam virtutis*.*

Libro 9. de offic. Addo: Nov. 69. Virtus enim nulla Virtus est, nisi Justitiam habeat comitem & ducem: Consistit autem hæc Virtus in prudenti, moderatoque appetitu, & fuga voluptatis, & doloris, eorumque quae Voluptatem aliquam, aut dolorem creant, quam quidem moderationem cum judicium rectae rationis a nobis exigat, sequitur hanc esse convenientem humanæ naturae & quicquid cum Virtute illa pugnat, contra *Jus naturae humanae* esse: omnis enim virtus potest definiri, quod *Sit rectae rationis amor* un-

unicus: consistit enim tota *Virtutis* natura in tenero quodam ac suavi erga Deum & rationem effectu ; de quo agere magis ad Philosophos quam JCtos pertinet.

Supra dictam *Justitiae* definitionem proprie justitiae particuli competere , pauci sunt , qui repugnarint ; Probatur hoc Primo ex officio : *Officium* , inquam , *Justitia* est *Suum cuique tribuere* : quae verba de aliis hominibus praecise intelligenda putto : in his ab aliis virtutibus discernitur : absolute scil. considerata semper *suum cuique tribuit* : hoc enim *justitiae* proprium , atque aliud ei affungi haud potest , cum , ut reliquae virtutes , perfectionem quandam in se contineat : imo prae caeteris virtutibus habet *justitia* , ut ad aliena commoda continuo referatur , atque alienis bonis quam maxime prospiciat : unde recte Cicero : *Justitiam* , ait , *esse habitum animi communis utilitate conservata , suum cuique tribuentem dignitatem*. Tribuit , inquam , proximo , quod ei stricto jure debetur seclusa scilicet omni gratia & favore erga ipsum : sic operis mercedem suam : Empatori mercem : Venditori pretium persolvendum est : Standum contractibus & promissis , non ex nuda aequitate , sed ex *justitia* , in qua favor nullus erga proximum implicatur. Secundo probatur quod multi sint *Juris actus* , ut *bene esse vivere* : alterum non *ladere* &c. qui ad definitionem referri non possunt. Tertio quod multi sint *Virtutis actus* , in quibus tamen *suum cuique non tribuitur* . ut est actus *Liberalitatis* : *temporantie* : &c.

Non obstat.

Quod definitio debeat convenire finito..

Est autem finis *Justitiae Universalis*.

Ergo &c.

¶. Quod hic , JCti ad imitationem legislatoris eam voluerunt exhibere *Justitia* definitionem , quae magis est in usu fo- arg. leg. 3. & resensi .
fogg. D. de Legibus.

Caetetum jus in definitione significat potestatem , quam ad aliquid habet homo , quo pacto dicitur *jure suo uti* : *Suum quod cuique debetur tribuere* , non secundum reverentiae a. aut pietatis. ¶. Sed *justitiae* leges . sive sit jus in re , sive jus ad rem: sive debeatur ex contractu , sive ex delicto , sive ex bene- a Leg. 2. D. de I. & I. β Leg. 19. D. de riu mup.

N B. tñrnum.

N.B. Singulas particularis *Justitiae* divisiones, secundum supradicatas proportiones, ex amissim tractare, supervacui (salvo aliorum iudicio) mibi videtur laboris, cum neque in editio pretorum, neque veterum prudentium responsis talia occurrant nec ad eorum constitutio numque principum intellectum multum faciant: Una enim est *Justitia legalis*, quas diversas tantummodo habet functiones pro diversitate circumstan- tiarum seu diversitate objecti.

Caput Secundum.

De *Juris-Prudentia*.

*Leg. I. hoc
sieulo.*

HAec de fine *Juris-Prudentie* dicta sunt: Unde in pro- clivi est, explicare cur Ulpianus *jus* dicat a *Justitia* ap- pellatum: imitatione scilicet *Stoicorum*, qui *Sapientem a Sa- pientia*: *Doctum a Doctrina* derivant: *Hominem ab humani- tate* utpote fine ad quem natus videtur: *Grammatici* vero ma- gis ad proprios rerum origines attendentes *bominem ab humo* de- ducunt: illorum, *inquam*, aemulatores *JCTi Grammaticis* legi- bus sese non adstringentes *jus* a *Justitia* denominatum volunt, considerantes *Justitiam* ut *causam*; *Jus* autem ut hujus ef- fectum: docent enim *Logicorum* filii *causam effectum ordinena- turae praecedere*. Si vero *Grammaticam* spectemus hujus vo- cis *Etymologiam ac Derivationem* contra statuendum esset, ni- mirum *Justitiam* a *Jure* originem habere. *Siquis sit, qui mi- nus recte hoc intelligat, audeat Zoefum, qui, adhibita distinctione,* magnam hinc rei adfert illustrationem.

Fluit *Jurisprudentia* ex accurata juris cognitione, & practi- ca ejusdem exercitatione: ut jam dictum. *Subjectum* circa quod occupata est, sunt *res divina, & humana*, quatenus in iis versatur *Justum & Injustum*: hinc apparet *Jurisp.* toto coelo distinctam a *Philosophia*, quae a *Cicerone* definitur. *Re- rum divinarum atque humanarum scientia, causarumque, quibus haec res reguntur notitia*: quia eas res non examinat ex regulis *justi* atque *injusti*.

Pater

Patet ergo ex dictis *Jurisprudentiam* recte definiri : *Divinorum atque humanarum rerum notitia ; justi atque injusti scientia.* Parag. 1. hoc. tit. & leg. 10. parag. 2. D. eodem.

Definitionis illius verba sine dubio ad antiqua Reip. Romanæ tempora respiciunt, quibus JC. simul Pontifices, vel Flamines fuerunt. Videntur alias ultima definitionis verba docere, etenim JCTum versari circa res divinas, & humanas, quatenus in his queritur, quid justum sit, quid injustum : unde recte Placentinus summo. instit. ad hunc titulum.

Jurisprudentia est, inquit, *stire*, *quid sit justum, quid injustum, quid illicitum in divinis, humanisque sive forensibus negotiis.*

Res Divinae dupliciter ad *Jurisprudentiam* pertinent.

1. Quatenus occupationi & alienationi sunt subjectae, & cives in illis, vel ad illas Jus aliquod habere potest. a Leg. 1. ff. de incordiis.

2. Quatenus ad extremam pertinent Reip. gubernationem : Leg. 1. D. de rerum di-
Leg. 4. Cod. de summa. trinit. viss. totum sicutum se

Per res *Divinas* & *humanas* etiam potest intelligi *jus publicum*, *sicutum se* & *privatum*: quorum illud in rebus divinis, i. e. sacris & *fa-* quid in loco
cerdotibus: hoc vero in humanis, i. e. quae ad privatorum *Sacro*. &
utilitatem spectant, consistit. *sicutum sit.*

Certum autem est, Disciplinam civilem non tantum in privati, sed etiam in publici Juris cognitione versari. Publici ju- inferend.
ris cum pars sit *divinum*, merito ea *rerum divinarum* atque hu- Leg. 1. S. 1.
manarum, h. e. *divini* & *humani* *Juris notitia* dicitur; *justi atque injusti*, i. e. *eius quod fas & jura finne*, aut non finire, scientia.

A *Celsi* haec disciplina ab officio eam profitentis elegantissime & brevissime describitur : *ars boni & aequi*. Siquidem officio primo. ficium JCti, & prudentia illius tota in eo consistit, ut quid in re quaque aequum, quid iniquum sit videre, tum discernere, & de eo respondere possit consilium sibi potentibus : leges scriptas dextre interpretari, & casus obvenientes secundum rectae rationis normam, perfectam bonitatem, & *legem naturae* prudenter dijudicare.

Secundum legem naturae, inquam, arg. leg. pen. D. de J. & J. cum id, inquit Lex, *quod semper aequum & bonum est, ius dicere, ne est ius Naturale*. ut sensus sit.

C

Jurif-

8 DISSE^RTATIO JURIDICA

Jurisprudentiam ratione principiorum ex jure naturali fluere ;
Log. 8. C. de & ad illud ratione interpretationis semper refluere : Unde certum est , *aequum & bonum* hic dividi non deberi , licet alioquin recte distinguantur.
pact. conv.

Aequum & Bonum saepius in jure vocatur *conveniens* , ut in leg. 3. de condit. trinicaria . Leg. 28. de probat. & Leg. 13. de solus.

Notandum porro , cum *Jurisprudentia* dicitur esse *ars* , *vel scientia* , utrumque vocabulum large & populariter accipi , pro quavis *Disciplina* & *Doctrina* : non est *Scientia* proprie dicta , tum quia *Subjectum* ejus non est aeternum , & scientificum , de quo affectiones demonstrantur per propria principia , tum quia finem habet non *in scire* , seu , ut in cognitione quiescat , sed *in agere* , vult enim scire quid cujusque sit , quod cuique debatur , non ut sciat tantum , sed ut idem aliis tribuat.

Ars dici nequit , quia , qui contra pracepta artis ex proposito facit , non delinquit , qui ex ignorantia delinquit : viceversa , qui contra *Jurisprudentiae* regulas ex proposito facit , is & gravior delinquit , & graviore afficiendus poena , quam , qui ex ignorantia in eas regulas committit . Leg. 11. §. 2. de poenis : Leg. 38. §. 1. D: ad Legem Julianam de adultis.

Caput Tertium.

De Juris Praeceptis.

*H*aec ut recte cognoscamus , primo videndum , quid per *praecepta* , tum quid per nomen *juris* intelligatus . *Pracepta* haec *juris* non sunt *juris* regulae . *Regula* enim est , quae rem , *quae est* , breviter enarras : non ut ex regula *jus* sumatur , sed ex *jure* quod est , regula frat : rectius per *praecepta* hic intelligamus generalia quaedam monita , dictata , ac *praecripta* *juris* illius communis , quod semper *bonum & aequum* est ; sive notiones à *natura* insitas , & quasi consignatas in animus nostris .

Leg. 1. de reg. jur.

Praecipere , est docere : quo pertinet Leg. 1. D. de *legibus* . ubi dicitur , *Legem esse commune praecepimus* , *Vitorum prudentiam*.

con-

consultum, delictorum &c. Quicquid jure jubetur praeceptum est, idque non solum, si lex quid jubeat, sed etiam si vetet, permittat, aut puniat: eodem videtur respexisse Tullius. Lex, inquit, nihil aliud est, nisi recta, & à nomine Deorum tractatio, imperans honesta, prohibens contraria.

Jus hic significat *Jurisprudentiam*, non *legem*.

Lex & *Jus* multum differunt.

Juris nomen est generale, & ad non scripta etiam pertinet.

Legis est speciale & ad *jus* scriptum tantum refertur; licet non raro haec duo confundantur, proprie tamen *jus* non est ipsa *lex*, quae praecipit, sed ipsum praeceptum, quod ex lege oriatur, & ita *jus* est objectum *Justitiae*. Molina de *just.* & *Iure tract.* 1. *Disp. 2.* Hisce praemissis, non inconveniens est, generalissima *juris* praecepta, quae ab *Ulpiano* tria ponuntur, nempe *honeste vivere*, *aliorum non laedere*, *suum cuique tribuere*, penitus introspicere: sunt interpres, qui putant plura esse enumeratis tribus: plura si sint, his tamen continentur.

Alii dicunt haec non tria, sed unum tantum esse: nempe *honeste Vivere*, nam qui *honeste vivit*, *is alterum non laedit*, & *suum cuique tribuit*: possunt tamen commode sic distinguiri, ut

1. ad animam,
2. ad Corpus,
3. ad facultates referatur.

Vitae honestas praecipit, quod vitemus facta omnia, quae laedunt pietatem, verecundiam, existimationem nostram; & generaliter quaecunque pugnant cum legibus, bonis moribus, & publica honestate, in tantum, ut etiam ab iis nonnunquam abstinendum sit propter honestatem, quae legibus prohibita sunt, iuxta illud tritum, *non omne, quod licet, honestum*.

Ad hanc vitae honestatem spectat Religio, quae ex idea, & cognitione naturali Numinis proficit: haec cuivis mortali dicit, quod sit Deus, ens perfectissimum, adeoque non nisi unum, qui producit omnia, res humanas curat, aequissimis arbitriis dijudicat, ita, ut sepe praebeat bonorum sautorem, malorumque vindicem justissimum.

Duo reliqua praecepta, duo distincta munera *Justitiae* evidenter continent.

Alterum non laedere;

Prohibet hoc præceptum, ut alicujus vitam, incolumentem, Libertatem, existimationem laedamus, aut violemus: prohibetur etiam ex hoc ipso laesio propria: omnis enim amor bene ordinatus incipit a se ipso: nulli permisum est stationem hanc vi-
tae injussu auctoris deserere: imo tenetur quisque vitam suam defendere, etiam cum laesione sive nece alterius, sed præstito moderamine inculpatae tutelae: Nam jure hoc evenit, ut, quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, jure fecisse existime-

(a) *Leg. 3. D.* tur: (a) Modo id fuit ad propulsandam, non ab vindicandam
D. 1. C. 6. injuriam. (b) Sed istius materiae latior tractatio non est hujus
pro Milone
& Lib. 1. instituti: vide Grotium *Lib. 2. C. 1.* & alios.

offic. *Suum cuique tribuere:* hic docetur, ut ab alieno manus absti-
(b) L. 4. & s. neamus: res alterius non attrahemus, non minuamus: ut pa-
D. ad Log. titiamur, quemque rebus suis uti: si quid alienum apud nos est,
Aq. restituamus. Huic explicationi quid consentaneum protulit Ci-
Lib. 1. de cero; *Justitie, inquit, priuatum munus est, ut ne cui quid noceat,*
officis. *deinde, ut communibus manent pro communibus, priuatis, ut*
suis.

Caput Quartum.

De Jure Publico. & Privato.

POstquam perspeximus generalia juris fundamenta, ordo sug-
gerit, ut diversas ejus species videamus. Imperator ponit
Studii bujus, id est, Juris, cui Studetur, duas positiones, id est
themata, partes, sive species, circa quas totius disciplinae civi-.
lis tractatio versatur: Scilicet publicum jus, & privatum: sunt,
qui tres species statuunt, Divinum seu sacrum, publicum & pri-.
vatum: distinguunt scilicet publicum a sacro: sic Cicero lib.
i. de legibus: & Ausonius.

Jus triplex rabb. quod ter Saixere quaternae:

a. S. Nullius *Sacrum privatum, & populi commune quod usquam est.*
Inst. de re. Leg. ult. in princ. C. de Sacro Sanct. eccles. uti alibi: Res Sacrae
ruru divis. atque divini iuriis distinguuntur a publicis: (a.) id est, ab iis
& L bona D. quae sunt populi vel civitatum.

Eos-

Possunt tamen summa cum ratione conjungi, ut unum sub altero comprehendatur, considerato, quod Ulpianus dixit *Leg. I. §. i.*
Jus publicum in sacris, in sacerdotibus, & Magistrisibus consi- D. hoc. sis.
stere: Deinde Cicero in libris de legibus, anspicatus a Jure publico, proposuit primo *Leges 12. tabb. de rebus sacris & sa-*cerdotibus: tum eas, quae scriptae fuere de magistrisibus; commonstrans religionem, sacrasque ceremonias ad Remp: pertinere, *jus religionis, seu sacrum partem juris publici esse.*

Sed quid nobis cum illa lite: a *jure privato* juris studium inchoari, & de eo solo in institutionibus differere voluit imperator, quem in isto ordine imitabor tractationem de jure publico in posteriorem locum rejiciens, sicut rejecta cernitur in *Dig. & Cod.* & cum *jus sacrorum* pars quaedam *juris publici* sit, immo quodammodo *jus alterum*, (*respondeat enim Pontificio*) superium locum ei tribuam: et si Reip: & maxime Ecclesiae, atque *sacrorum* causa dignior est, quam *rei privatae*; atque adeo *jus publicum* dignius *privato*, tamen *jus privatum* usu cuique familiarius est, & in quibus diffidet *publicum a privato*, in illis id singulare *jus* est, quo~~bre~~cte discerni nequit, nisi vulgari jure prius cognito.

Privatum jus est *quod principaliter ad singulorum seu privatorum utilitatem spectat, & privatum nile est.* Dico principaliter, quia etiam privati cujusque civis interest, statum Reip: bene esse constitutum: nam ut *Laevinus consul* inquit, *Respub: in apud Li- columis, & privatas res facile salvias praestat, publica prodendo, 26. C. 36.* viuum Lib.

Jus privatum pertinet ad ea quae sunt privatorum; puta, ad *Log. I. D. de personas, res, & judicia.* Sumatur ergo tractationis juris privati initium a jure personarum; id est, a potestate & jure quod habetur in personas: cujusmodi sane maximum est *jus Domini- normae in servos*; proximum huic parentum in liberos ex matriis justis procreatos; denuo mariti in uxorem.

Secunda pars *juris privati* est de jure rerum, sive de eo jure, quod in rebus habetur: *jus istud varium & multiplex est:* sunt enim haec species: *Dominium: quasi Dominium: Bonae fi- dei possessio: ususfructus: usus: servitus-prædii, & hypotheca.* Praecipuum autem est *Jus Dominii*, seu proprietatis, quippe quod coetera jura in se continent, tam alienandi, quam utendi,

possidendique, adeo plenissimam de re statuendi facultatem aliqui tribuens, nisi quatenus vi aut jure prohibeatur.

Ordo suggerit, ut tertio loco in transitu videamus de eo iure, quod non quidem in re, sed ad rem habemus: ut est jus *Obligationum*, nec non *actionum*, & *exceptionum*, & *jus in integrum restitucionum*: haec omnia ex amissim tractare nostri instituti non est, sed exem: grat: tantum a nobis adducuntur: sicut porro postrema *juris privati* pars consistit in *judicis civilibus*: non enim satis est, quempiam *jura sua nosce*, nisi quomodo haec in usum deducat, cogatque rei suae detentorem, aut suum debitorem ad justam praestationem, simulque cognoverit: sicut militi parum prosunt enses, tela, clypei, nisi quomodo acies instruenda, vel in acie armis utendum sit, etiam sciat.

Cum haec relationis ergo de *jure privato*, ejusque partibus dixisse sufficiat, transeo ad ea quo de *jure publico* mihi dicenda videntur.

Publicum jus est, quod in publicis personis consistit, & ad statum Reip. Romanas principaliter spectat, & publice utile est: id est, in quo agitur de summa imperii, de magistratibus, de jure belli, & foederibus: principaliter, inquam, destinatione quadam publicam utilitatem, & ipsum corpus Reip: vel imperii spectat, quamvis accessorie, & in consequentiam utilitatem quoque privatam respiciat, cum ex felici statu imperii magnum commodum ad privatos redeat.

Juris publici nomen non uno modo accipitur: sciendum est, *publicum* quid dici aliquando non a materia, seu fine, sed a forma, aut causa efficiente: nec ab utilitate, sed ab auctoritate;

(a) *Leg. 3. D. nempe, quod auctoritas ejus publica sit: (a) Sic testamenti facti fac. put. Atio dicitur esse publici juris, nimirum, quia a lege est, seu publica. Leg. 1. 5. Secundo causa juris auctoritate concessa. (b) atque haec omnia ad differentias ejus juris, quod cuique privatim acquiritur ex conventione: D. ad Leg. salicis. nibus, quippe quae parem cum legibus auctoritatem non habent. Leg. Verbis Quod Papinianus sic expressit. Privatorum cautiones legum auleg. 120: de. Auctoritate non censetur. c. eodem sensu, omnis lex (quoniam publice, vel publica auctoritate constituitur) Jus publicum appellatur. leg. ult. de leg. suis. lari potest: leg. patron. ff. de ruetis: Leg. ex sententia: ff. de testimoniis. tunc.*

Deinde *Publicum* aliquod dicitur aliquando, quod commun-

pe

ne est cuius ex populo; ad distinctionem juris singularis, seu privilegii, quod duntaxat certarum personarum proprium est.

L. 2. C. ne uxor pro marito.

Affini significacione *publicum* dicitur aliquando, quod cuius de populo injungi potest; sic manus publicum dicitur *intesta*. *Inst. de excus. tutorum in princ.*

Sicut omne *Jus* in privatis, sic etiam in publicis ad *personas, res, & actiones* pertinet.

Personae hic alias sunt subditi, aliae in subditos jus potestatis habentes.

Potestas publica duplex est: una *Principis*, altera *Magistratus*: *Principis* suprema est potestas, atque hanc proprie Majestatem appellamus. §. *publica auctor Inst. de publicis iudiciis.*

Res publicas in genere sunt tributa, vectigalia, commissa, & reliqua fisci jura, iudicaciones munerum, & operae reip. debitae.

Publicas res voco, quae non in privati alicujus patrimonio seu dominio, sed in Reipubl. dominio sunt: Sicut *Resp. fine personis publicis stare nequit*, ita nec sine rebus publicis. Unde Cicero, pecunias publicas nervos belli & reip. esse, apte dixit. *in orat. pro Lucio Manicio.*

Cum dixi de personis & rebus publicis, congruus ordo est ut paucis dicatur de actionibus:

Actionis vocabulum accipio non pro jure aliquo, verum pro actu seu facto aliquo: *Actiones* seu *actus publici*, vel circa *politis* versantur, vel circa *jurisdictionem*, vel *imperium*, vel denique circa *rem militarem*.

Politis vox, si generaliter eam accipias, continet omne id, quod regimen urbis, vel *Reip. spectat*, atque adeo etiam *Jurisdictionem* & *imperium* & *mamura militaria*: sed usu loquendi crebriore specialiter sumitur haec vox, ut designet coetera, quae praeter actus *Jurisdictionis*, & *imperi*, & *militiae* ad considerationem civitatis & *Reip.*, tuendumque ejus statum pertinent: eujusmodi sane plurima sunt: veluti, *ut omnium rerum necessiarum affluentia sit in urbe*, vel in regno, ac ne inde res exportentur, quarum exportatio incommodum incolis adferre possit, *ut omnia iusta*, *minime falsis ponderibus aut mensuris veniant*, & *no monopoly faciat*: *C. tit. quae res venire non possunt*: & *tit. seqq.* & *C. tit. Monop. L. annonam. D. de extraord. crim. C. 2. de empt. & vend. in decretal.*

Aetus publicus, qui potissimum à Jurisconsultis expendi solet, est *jurisdictionis*, & *imperii*: vide Cl. D. NOODT, qui in banc materiam singularem conscripti tractatum. Propterea quod *justitia*, quae est finis *jurisprudentiae*, in eo consistit, ut *suum cuique tribuat*, (ut superius attuli) quod quidem *jurisdictione* & *imperio* expenditur.

Jurisdictione est *potes̄tas ius dicendi L. imperium D. de jurisd. L. i. §. damus. D. de suspect. curorib. Ex potestate gladii, seu animadversionis in facinorosos, quae est *meri imperii*, dependet vis publicorum judiciorum.*

Publica judicia stricte sumpta, sunt ea tantum, quae ex legibus publicorum judiciorum veniunt ut *Julia maiestatis*: *Julia de adulterii*. &c. Coeterum non est omnino incognita in jure latior *publici*. *Judicis significatio*, ut omne judicium criminale comprehendat, quo videlicet publicam criminis vindictam persequimur, ad differentiam *civili* & *privati* *judicis*, in quo de *re*, vindictave privata agitur: hoc enim sensu judicium de *injuriis* & *famosis libellis publicum* vocatur à Paulo: *Leg. quod senatus D. de injuriis*.

Haec de Jure *Publico* & *Privato*, differendum de *sacro disjunctum scil. à Jure Publico*: dici id *Jus potest divinum*, nempe quia est de rebus divinis, cui opponitur *jus profanum*, & *humani* manum, seu, quod est de rebus humanis & profanis, ut *jus ecclesie*. *publicum*, & *privatum*: alias frequenter appellatur illud *jus divinum* ab auctore, scil. cuius conditor est Deus. *glossa ad Leg. ult.*

Juris vocabulum cum sit multis variis; *ius* dicitur *divinum*, aut *humanum*, item *publicum* & *privatum*, quod Dei est vel *hominum*, *Reip. vel privatorum*, dedicatione, usu, possessione, aut proprietate: hoc sensu dicuntur divini *juris res*, *Sacrae Sanctae*, & *Religiose*: *Leg. i. D. de rer. divis.*

Sicut in jure privato, ut & in jure publico, dixi alios habere potestatem, alios vero esse in potestate: eodem modo hic potestas quedam est *Sacra* & *Ecclesiastica*; alii subditi sunt *five clerici*, *five laici*, alii illis preferuntur ac potestatem habent, ut sunt *praelati* & *antistites*.

Altera *Juris Sacri* pars est de *rebus*, inter has principem locum tenent *res Sacrae*; quae rite per *pontifices* sive *Episcopos* *Deo*

Dos dedicatio, & consecratio sunt: Inst. de rerum divisione: quanta sit antiquitas consecrationis, terumque coeterarum similium, nec non Sanctorum coemontiarum ideo institutarum patet tunc ex Justiniani constitutionibus, tum ex vetissimis codicibus &c.

Actiones Sacras, seu actus Sacros voco, Sacra ministeria, & decantationes laudum Dei, praecationesque per certas horas, singulis diebus distributas, supplicationes solennes, collationes baptismatis, aliorumque (rem, inquam, Romanam tracto) Sacramentorum, aliasque operationes ad cultum divinum, religionemque & pietatem, animaeque salutem pertinentes.

Actionibus, quae ad jus sacrum spectant, adjungendus actus jurisdictionis & imperii: est enim Episcopis, seu magistratibus Ecclesiasticis datum imperium; & jurisdictione bene considerato, quod animadversio illa in facinorosos, quae Ecclesiasticis iudicibus competit, non in jure gladii, seu, ut illos mortis supplicio afficiant, consistat; omnis namque sanguinis poena eis est interdicta, imo ulli iudicio sanguinis interesse illis vetitum est, tantam acerbitatem à personis cultui divino dicatis abesse, canones, legesque voluerunt,

Caput Quintum.

De Jure Naturali.

Ut feliciter expidiam, quod hac dissertatione tractandum in me suscepi, paucis videre lubet quid sit ius naturale, deinde quid gentium, denique quid civile. Non rejicendum, quod omne ius sit iussum rationis, (ut ex superioribus, praeципue ex iis quae ad iustitiae explicationem attulimus, patet) *De suo cuique tribuendo: ratio autem ista potissimum sit finis conservationis ejus, qui alteri suum tribuit, & cui suum tribuit;* & conservatio ista vel ad singulos seorsum spectet, vel omnes simul: non potest non esse ius vel privatum, vel publicum: quod jam expiscatum est.

D

Quum-

Quumque conservatio singulorum vel qua animalium sit, vel qua hominum, vel qua civium, sequitur, jus omne privatum vel profectum esse à ratione conservationis naturae, quae est in instinctu seu motu à Deo ex iussu rationis hominibus patriter & bestiis ad sui conservationem indito: vel à ratione conservationis societatis humanae inter omnes homines, vel denique à ratione conservationis societatis civilis: quo sensu *jus prævarum collectum esse dicitur ex naturalibus præceptis aut gentium, aut civilibus.* Leg. I. §. 2. in fine D. de Just. & Jur. Itemque jus publicum, in illo namque iure vix aliquid reperitur, cuius non principium aliquod summum in jure naturali aut gentium demonstrari possit: quomodo Religio erga Deum est ex jure naturali vel gentium. Deum esse, quem religiose ac sancte debemus colere, ipsa natura hoc hominibus indicavit; recte Cicero de natura Deorum; omnibus innatum esse, & in animo quasi instinctum, esse Deos, quales sunt, varius est esse, nemo negat. Porro persecutio criminum publicorum est juris publici, quac tamen partim ex Jure Civili, partim jure gentium sunt prohibita; quemadmodum constat, ex Leg. 42. D. de verb. signif.

Jus Naturae Ulpianus definit, quod natura omnia animalia, in suo genere & modo idque natura instinctu fine dispartatione rationis, docuit.

Apud veteres dicitur *lex naturae* seu *jus naturae* primatum.

Cum omnia animalia dicit, bruta non excludit; neque etiam potuit, dum animalia bruta ejusdem juris peritiæ censeri vindicentur: eodem respicit illud Demost. in Orat. I., parentes, inquit, *colere est lex naturae, & hominibus, & bestiis posita.*

Effectus hujus iuris duo sunt.

1. Sequi, quod nobis bonum videtur.
2. Declinare id, quod nobis malum est.

Hi duo effectus ad unicum summum caput referri possunt, vid.

Se suaque diligere. Quod coetera sub se contineat: qualia sunt.

1. *Defendere vitam:* haec vitae defensio ab Ulpiano non est omis-

omissa, (ut volunt quidam) sed praeterita, vide probb. lib. 1. Capit. 5. Cl. Dni G. NOODT, ut neglectis perspicuis, & ultiro claris de obscuris differet: nemus enim philosophorum unquam dubitavit, quin omni generi animalium ante omnia tributum sit, ut se, vitam, corpusque tuatur, declinetque ea, quae nocitura esse videantur. Natum illud nobiscum, non scriptum esse Cicero pro Milone allegat.

Est, inquit, non scripta, sed nata Lex, quam non dedicimus, accepimus, legitimus, verum ex natura ipsa arripimus, huiusmodi, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut, si vita nostra in aliquas infidias, si in vim, in tela, aut latronem, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio adhibenda sit expedienda salvis.

Item, hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa praescribit, ut omnem semper viro, quacumque ope possent a corpore, a capite, a vita sua propulsarent.

2. *Coniunctionem maris, & foeminae appetere procreandican-* Prince. Inf. de I. & I.
sa. nihil nos magis natura docet, quam nobis quid simile pro- Arist. lib. de anima.
creare, & generare: nimis ut mortalitatem, quam in nobis, unde l. 220. §. fin.
ipsis servare non possumus, in aliis tamen conservemus; item- D. de V. S.
recte licet concludere illas leges, quae coelibatum jubent, item-
que eas, quae permitunt, ut liberos recenter natos, & sanguino-
nolentos exponere alienae misericordiae licet, immanes, ju-
sique naturae contrarias esse: Vide tit. Cod. de Inf. & lib. expos.

3. *Curam gerere ejus, quod procreatum est: cuius maxi-* Log. unis.
mum est educatio. hanc enim esse ex jure naturae imperator re- C. S. i. deori
scripsit, in haec verba. ipse naturalis stimulus, parentes ad libe- uxor. ag.
rum suorum educationem bortatur. recte Aristot. ait naturae Lib. 1. po-
ssimus esse, alimentum iis, quas procreavit, praebere: & quia- lit. Cap. fin.
naturale hoc est debitum, ideo etiam liberi vulgo quaesiti a
matre sunt alendi: quomodo etiam intelligendum est, quod a Gr.
vulgo dici solet. Legitima humanis legibus tolli non posse: qua- Iure
tenus scil. in legitima insunt alimenta necessaria: quod vero, re- pacia.
liquum est, potest tolli non repugnante natura. cap.
num

In eodem jure naturali etiam parentum educationem esse, notum est: nam quemadmodum parentibus liberorum, similiter etiam liberis parentum educandorum curam ipsa natura indidit. b. 1. g. ip.
b. 1. som.

Quapropter non sine magna & summa ratione ab imperatore re-boni scri-lib.

18 DISSERTATIO JURIDICA

a. L. 1. 2. scriptum est, a. Liberos, qui egenis parentibus alimenta non prae-
 C. de alend. stant, a competente judge cogendos esse. b. hujus rei memorabile
 lib. & pa- exemplum refertur à Val. Maximo de quadam foemina, quae
 rens.
 b. Arist. lib. patrem propriis aluit uberibus, carceri inclusum, cum alimeta
 g. ethic. ei suppeditare vetaretur. lib. 5. Cap. 4. Haec quidem nostra
 cap. 2. est sententia de Jure naturali: non desunt tamen, qui jus natu-
 rae minus proprie in institutionibus definitum dicunt, pro-
 pterea, quod jus & injuria non cadant in bruta, quae sensu ca-
 rent, adeoque nullam statuunt differentiam inter jus naturae, &
 jus gentium primaevum, seu jus naturale rationale, cum illud solis
 hominibus, istuc omnibus anima i bus commune est. Volunt ni-
 mirum, quod Jure facit homo, si faciat idem naturali incit atione
 bestia, esse Juris naturalis: quod vero non Jure facit homo, licet be-
 stia faciat, id quidem esse naturale, non vero Juris aaturalis sita-
 que Jus naturale in brutis est anaphorice sive non proprie jus, sed
 quadam tantum similitudine: Arist. in physic. lib. 2. cap. 8.

Verius tamen est, quae bruta faciunt jure naturali, ea etiam
 homines Jure naturali facere: sic bruta naturaliter corpora sua
 conjungunt, neque aliter homines idem faciunt, quamquam
 vir & uxor ineant qua homines, sed illud est *Juris naturalis ra-*
tionalis, quod naturalis ratio omnes homines docuit: a Grotio de-
finitur dictatum rationis: hominibus inquam, nobiliiori modo
 Lex naturae est insita: a Theologis jus *Divinum non scriptum ap-*
pellatur: neque immerito, quia immediate a Divino numine
rationali creaturee inditum, S. S. scripturae per omnia congruum,
atque in eo de novo relevatum, ac restitutum: à nostrorum
nonnullis Gentium antiquum, seu primarium appellatur, quia
omnibus Gentibus ac rationalibus nationibus inditum est, om-
nesque tenet, obligatque: nec mirum conditor universi solum
hominem nobilissimum animal fornavit; quia ratione informavit.
 de qua juvenalis lib. 5. sat. 15.

— — — — — Separat haec nos

A grege mutorum, atque ideo venerabile foli,
 Sortiti ingenium, divinumque capaces,
 Atque exercendis, capiendisque artibus apti,
 Sensum a coelesti dimissum traximus aree.

Brutis inest quidem aliqua cognitio illis connata, utpote quae
 ex Dei constitutione animantibus indita est, ut ea utantur,
 cum organa sensuum sunt apta ad eam exequendam: ratione ta-

men-

non carent animalia intellectrice, gubernatrice omnium; sed ratione naturae habent: Vocamus rationem naturae legem diuinam, quae singulis animantibus sua principia impressit, maxime cum ad conservationem faciunt: & Dotes hae, quibus natura animalia illustrantur, cum a Divina prudentia fluxerint, merito licet nominare vocabulo Juris naturalis: proprietas hujus vocabuli retinetur ac servatur, & improprietas evitatur, cum Ius naturale non ex aequitate utentium animalium metiamur, quatenus rationis ea sunt expertis, verum ex ipso facto, num scil. ^{L. univ.} hoc justum sit, aut rationi divinae aut humanae conveniens, ^{quand. lic.} ut si vim vi repulero, hoc Jure facio: si idem bellua fecerit, licet vind. ^{se fidej. jud.} in brutis nulla sit ratio tamen recte jure factum consebitur, Revard. lib. i. variar. i.

Caput Sextum.

De Jure Gentium.

Hactenus de iis Juribus, eorumque preceptis, quae immediate a Divino nomine profiscuntur: Sunt & alia, quae ab homine ortum habent, & tamen inter Jura commemorantur, videlicet inter ea, ex quibus id, quod *iustum* est, rite dignoscitur, & debite terminatur.

Necessitate igitur exigente homines quaedam iura sibi constituerunt, quae complectuntur, vel bonum universale omnium, vel particulare quorundam. illa Jura gentium dicuntur, haec civilia nuncupantur: illa ratio naturalis inter omnes peraeque homines constituit: haec ratio cuiusque civitatis propria inter omnes eiusdem civitatis socios constituenda suavit. Utraque, necessitate humana postulante, constituta sunt, & beneficio naturalis Luminis atque ex vi rectae rationis insita, profluxerunt: humana enim Jura per Divina ratificantur, sepius per rationem naturalem, quae divini juris pars est, approbantur, ne contraria, vel repugnantia sint, quamquam non per omnia & in omnibus similia: Jura Divina ac humana diversos ^{S. 11 Inf.} habent fines, dispareoque terminos, non natura, non ratione, ^{de rerum natura} sed ordine, quemadmodum apparet ex ipsa Juris gentium definitione, (primo enim de illo videamus, cum & civili universalius & antiquius dici possit) illud est, *quod naturalis*

reliis ratio inter omnes homines, usq; exigentes, & humanae necessitate constituit: nimurum, quod rationis discursu, ac ratione cinatione hominum multo rerum usu, variaque necessitate humanae conditionis, & statu societatis exigente, ab hominibus est introductum, atque ob evidentem per omnia naturalem sequitatem, atque utilitatem de tempore in tempus in gentium usum, moresque pervasit.

Quocirca cavendum omnino est, ne confundamus *Jus gentium*, (ut proprie ita dicitur) cum praefato *Iure naturali*, (quod *Jus gentium primaevum vulgo appellant* interpp:) toto enim coelo inter se distant. v. g.

1. *Jus naturale praeformatum*, quod dixi, *Naturale rationale*, continet conclusiones morales, ita necessarias, ut etiam, nulla humanae societatis suppositione facta, facillime atque evidenter sequantur ex principiis naturae humanae seu rectae rationis,

a. leg. s. hoc parentum: a. *Pastorum praeferatio*, atque omnis beneficatus, qui proinde apud omnes gentes peraeque custodiuntur. b. Haec

b. s. i. Inf. 2. *principia ad Jus gentium* (quod proprie nunc tractatur, & secundarium vulgo appellatur) non pertinent: illud enim non natura, non recta ratione, sed necessitate humana diversas conclusiones complectitur, quae quidem sequuntur ex principiis rectae rationis, sed tamen non simpliciter, non absolute, sed supposita societate humana, & consideratis circumstantiis ac requisitis ad conservationem ejus necessariis: ratione, inquam, nititur, petita nimurum ab evitacione majoris mali: ut exempla demonstrant, quae sunt *bella*; *captivitates*, *servitutes*, *manumissiones*, *discretae gentes*, *Regna condita*, *dominicia distinctiones*, *Commercialium*, *Empiones Venditiones*, *locationes conductiones*, *obligationes parag.* 2. *Inf. j. N. G. & C. Leg. s. D. eod. hoc pro circumstantiarum varietate, facilius mutari potest*; cum illud stabile ac fere immutabile sit.

2. *Jus illud ignorari non potest*, quia per se, hoc est rationis naturalis, atque insitae mysterio ac ministerio notum. *Hoc quandoque ignorari potest*, quia per se est incognitum.

3. *Jus illud*, ut sanctè & piè vivatur, datum est; *Hoc ut commode ac idoneè degatur introductum.*

4. *Jus naturale rationale* obligat primario ac per se in foro poli & conscientiae. *Hoc Jus gentium primario ac per se in foro*

foro fori; cuius rei ratio perspicua est quoniam illud versatur primario circa bonum internum, *animae*, scil. salutare: *Hoc vero primario circa bonum externum, saluti nimirum, & tranquillitati societatis humanae adaequatum.*

Dicat hic recte aliquis, quod *jus gentium* cum se ipso videatur pugnare; cum *bellum*, hoc jure introductum, maxime apparet humanae societatis tranquillitati contrarium.

Respondeo. *Bellum* non est causa dissolvendae societatis, sed dissoluta societas causa belli: bellum est remedium concordiae recuperandae, & causa recuperatae: finis enim belli pax est; pax autem concordiae mater: quippe eum in finem bellum geritur, ut absque injuria, quod jam non licet, in pace viveretur: fin vero secus quandoque accidat, per bellum non stat, quomodo ad pacem perveniat: illud fere innuit *Egregius ille de iure belli ac pacis Scriptor*: his verbis: *bellum pacis causa suscipitur: lib. 1. in & mox subjicit, ipsius deinde nos bellum ad pacem, ut finem primo suum deducet.*

Deinceps licet inter eos, inter quos bellum est, concordia non sit, imo nec esse possit, repugnante natura & ratione, non tamen ex eo sequitur aut inferri potest, *bellum discordiae causam esse*, at quidem per se non esse expetendum, si aliunde concordia reparari, societas restitu vel etiam defendi posset.

Demum etiam hoc sequitur, nihil esse improbandum ob id, cuius causa non est, sed comprobandum, ut bonum, quod minus malum est; minus malum autem est, quo majus propulsatur.

Non obstat.

Quod in bello vi geratur res, quia vis unaquaque Justa sit, si justitiae non aduersetur: imo eam sub justitia, & eo quod justum est, ante nos tenuit Plato. ita tamen ut nihil vi praeter aequum fiat. *lib. 4. de legib. & alibi.*

Haec de *bello*: coetera, quae sequuntur occasione belli, (ex bello servitudes, ex servitudibus Manumissiones &c. sunt introductae) ad *jus gentium*, & ad id quod ex *naturali ratione* justum est, referri multis commonistrari posset; sed omnia haec & singula expiscari nimium nos a proposito abduceret, consulantur, videanturque de hisce DD.

CAPUT

Caput Septimum.

De Jure Civili.

Perduxit nos ordo ad *Jus Civile* quod origine & fundamento à jure gentium non differt: qua necessitate jura quaedam inter gentes constituta sunt, seu qua necessitate ratio naturalis jura, quae gentium dicuntur, inter omnes homines constituit; pari vel majori ratione & necessitate quisque populus sibi ius proprium fecit. Hinc recte à Gajo nostro definitur, *quod quisque populus [liber, non parens alterius imperio, suis legibus & moribus vivens] ad suam utilitatem constituit.* Non contra jura naturalia, rationalia, vel gentium; non ratione naturali, sed solo consideratione hujus vel illius populi à jure gentium &c. distat: generalius hinc ab Ulpiano determinatur, *quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei servit: itaque cum aliquid addimus vel detrahimus juri communi, id est juri gentium, jus proprium, id est, Civile efficiemus.* Nec sine ratione, quoniam si à ratione naturali penitus abhorreat *Jus Civile*, non eo casu jus neque lex, sed potius tyrannis merito appellanda est. Sin vero in omnibus juri naturae serviat, tum non jus civile, sed gentium recte dicitur: hinc *Juris Civilis prima divisio in proprium & commune*: seu ut alii loqui malunt, in *merum & mixtum*. *Jus Civile* merum est, *quod ex ratione mera civili sancitum est, neque ab aliis gentibus receptum.*

*L. fin. C. de
inseq. &
inseril. no-
gos.*

Huc pertinent jura adoptionum, usucaptionum, donationum inter conjuges, SCta Macedonianum, Vellejanum, Trebelianum, aliaque.

Mixtum est, quod fundamento & origine est juris gentium, sed addito aliquo vel detracto fit Juris Civilis: leg. D. de J. & Jure.

Huc pertinent Matrimonium, patria potestas, testamenta, successiones, contractus, actiores, & id genus alia. Differt tamen *Jus Civile* à jure gentium: quod jus gentium latius pateat, atque ita apud omnes gentes & populos observatur: *Jus Civile longe*

lange angustius, nimisum ad unum tantum populum, vel certam quandam civitatem, extra quam se se non extendit. Arist. lib. I. politic.

Secunda Juris Civilis Divisio.

Ex praedictis appetet, ad substantiam *Juris Civilis* duo requiri:

Jussum rationis. arg. leg. 6. hoc

Voluntatem populi. parag. I. Inst. eod.

Quum vero voluntas omnis vel expresse declaretur, vel tacite, facto voluntatem significante: hinc *Jus Civile* aliud est, quod expressa voluntate, & sanctione constitutum, publica autoritate litteris mandatum est. arg. leg. 32. §. I. de legib.

Legislatores legem ferentes eam inscribebant tabb. aeneis, quas in publicum seu publicis viis affigebant, & cum constaret de aperta populi voluntate annumerabatur juri scripto.

Species hujus juris scripti sunt sex: *Lex*, *Plebisitum*, *Senatusconsultum*, *Principum placita*, *Magistratum edicta*, responsa prudentum. Leg. 7. hoc tit.

Aliud *Jus Civile* est quod tacita populi voluntate, aequo ^{nsu} Leg. 36. D. introductum, scribi necesse non habuit. Estque consuetudo: Vocabatur *jus non scriptum*, & aequo ut *jus scriptum* observabatur, viam legis habet, si jus scriptum de ea re non sit: legem deinde dubiam interpretatur, cuius optima est interpres. leg. 37. D. de legib.

Quæstio an possit legem abrogare, & placet non posse, si sola sit longa consuetudo; quia lex nimirum aperta populi voluntate: consuetudo tacita: a sed si cum consuetudine longa, i. e: inveterata, non interrupta, contraria observetur desuetudo prioris legis, tum lex illa inumbratur. ^{a Log. 26. cod. quae} b sit longe ^{b Log. 32. pag. I. Di} consuetudinibus.

Tertia Juris Civilis Divisio est.

quod sit vel

Strictum.

Vel Laxum.

Jus Civile Strictum est, quod sola iuris ratione pendet, nec

E

^b Log. 32.
pag. I. Di
de legib.

inficitur ex bono & aequo, quod alii summum jus, alii rigorem Juris appellant.

Jus Civile Laxum est Jus acquisitare temperatum.

Aequitas-revera quidem non est jus, sed ratione rerum subjectarum derogat aliquando juri scripto.

Caput Octavum.

De Jure Civilis Stricto, & Laxo, quod vocatur *aequitas*.

Verriam materiae segetem hic denuo mihi natam video, quare ne justos dissertationis accademiae terminos transcendam, pauca delibare decrevi.

Ut ordine rem aggrediar videamus, quid sit *jus strictum*, deinde quid sit *aequitas*: ultimo loco visuri, quare *debeat index acquisitam stricto juri praeferre*. Hisce paucis, ut dixi, perspectis finem negotio imponemus.

Strictum jus duplice sensu dicitur.

1. *Stricti juris* quid esse dicitur, quod strictam, id est, non laxam nec extensam interpretationem admittit; & hoc sensu privilegia, donationes, contractus, & actiones quedam dicuntur *stricti juris*, & his opponuntur contractus & actiones *bona fidei*: id est, quae ex bono & aequo latiorem admittunt expunctionem.

2. *Strictum jus* dicitur, cum quid verbis legis generaliter est expressum, quod tamen, concurrentium circumstantiarum habita ratione, in quibusdam casibus est iniquum, seu, quod verbis legis prolatum menti, ejus & sententiae refragatur: & *jus strictum* si hoc sensu accipiatur, nomine *tenus jus* dicitur, cum re ipsa sit iniquum. Vnde sine dubio hoc vulgatum traxit originem; *summum*, id est *strictum* *Jus summum esse inest*: 4. *sco-juriam*: *summa crux Colum.* 1. *de re militari*. Huic opponitur *aequitas*, quae etiam nobis duplex in jure occurrit nimirum quoniam fieri vix potest, ut de omnibus rebus civilia jura constituantur a. sed constituyuntur potius de iis, quae frequenter

ter, quam quae perraro eveniunt: b. hinc si alicubi jus civile ^{a log. 3.}
deficiat, aut laboret, adjuvatur interpretatione ex aequitate ad-<sup>s. 4. 10. de
logib.</sup>
hibita c. aquitas haec non potest fieri, ut aliud sit, quam species ^{b dicta}
iusti rationis, de suo cuique tribuendo; neque alioqui justa esset. ^{c. log. 3.}

Primo ergo aequitas nomine venit omne jus illud, quod ^{d. log. 17.}
quamquam lege nulla praescribitur, sed prorsus omissum, atque ^{18. 19. 23.}
intactus relictum est, iussu tamen rationis de suo cuique tribuendo ^{32. codon.}
hanc dubiamenteur. d. Hacc aequitas suggesterit, si de jure de- ^{d. log. 2. 5.}
ficiamur (neque leges, neque senatus consulta ita scribi pos- <sup>e. in fine
de ag. 6.</sup>
sunt, ut omnes casus, qui quandoque incident, comprehendan- ^{f. pluv.}
tur) ista aequitas Juri praescripto opponitur; nec ullius est, ^{g. arc.}
nisi penes quem est maiestas. a. Princeps, inquam, adeundus ^{h. l. 10.}
est, (licet praetores, non obnitente populo, hoc usurparunt, ^{D. de logib.}
ut jus civile omissum supplerent ex aequitate b.) si verba legis ^{i. l. 12. cod.}
adeo obscura sint, ut ambigatur, num factum, de quo agi- ^{a log. 11.}
tur, legis mente comprehendatur: ille solus legem suppleat, ^{b. log. 7. 5. i.}
suaeque interpretationis lucem adhibeat. Exempla elegan- ^{hoc. iii.}
tia talis interpretationis habentur in novissimis Justiniani con-
stitutionibus duabus. Unum ubi is *legem un*: C. de *rapt*
virg. quâ raptoris bona raptae addicuntur, ac interdictum raptæ conubium raptoris, sic interpretatur, ut, si contra legis
interdictum nupserit rapta raptor, eo casu minime bona rap-
toris ad raptam pertineant. *Nov. de rapt.* *Virg. 143.* Alterum ex-
emplum est, ubi idem Justinianus legem veterem, ne usurae
supra duplum debeantur a. ita interpretatus est, ut ne per ^{a. l. 26. 5.}
partes quidem solutae usurae duplum excedere queant. *nov. 138.* l. D. de com-
pressum, sed tamen ei inesse censetur, legisque sonum generalem ^{dict. indeb.}
ex mente auctoris adductus interpretatur, extendit, accommodat, <sup>l. 4. D. de
naut. foenor.</sup>
ut a voluntate ejus, qui legem condidit, non recedat; haec aequi- ^{Leg. 10. 17.}
tas *Juri stricto*, id est, legis durae ac contra auctoris sui sen. <sup>18. 19. de
legib. l. 9.</sup>
tentiam interpretationi opponitur: & jurisprudentum ac judi- ^{5. i. de V. S.}
cium est. *leg. 12. 13. de logib.*

Ad officium inquam judicis spectat, diligenter advertere ad ea,
quae in facto versantur, & imprimis allegatorum ac probatorum
fidem examinare, & explorare; & prout religio suggesterit, sen- ^{a L. 3. inst.}
tentiam proferre: b aequitatem, omisso stricto Jure, in judicando ^{de seft.}
sequi, est Judicis; verum non illam cerebrinam, quam quis ^{b L. 6. 5.}
Veritas: de
que officio praes.

que pro suo rudi sensu, ac libitu sibi fingit, sed quia ratio
menti legis confusa exposcit.

L. 17. D. *Scire enim leges, non est verba earum tenere, sed vim ac po-*
de legib. reflectem; nec oportet jus civile calumniari, neque verba ejus ca-

do exhib. ptare, sed qua mente quid dicatur, animadvertere: hinc Mar-
jungo Lo- cellus, quod etsi nihil facile mutandum sit ex solemnitatibus
gion 4. juris, tamen, ubi evidens utilitas & aequitas hoc poscit, suba-

S. 1. D. q. veniendum est a praetore scil. vel judice. Ex. gr. lex jubeat,
pot. aut.

Leg. 283. ut depositum reddatur deponenti, & haec est generalis, quia
D. de I. R. hoc in pluribus justum, contingit tamen aliquibus casibus, esse
nocivum, nimirum contra commune bonum, puta si gladius a
sano depositus repetatur ab eodem furore correpto: gladius qui-

L. 13. S. 2. dem est reddendus secundum regulam generalem, & secundum
ff. do excus- ratio, seu, ut ait Modestinus, etsi verba legis hunc habent in-
sas. infor. intellectum, tamen mens legis aliud suadet: Legislator enim si
tale quid eventurum providisset furioso, & ebrio furioso si-
mili, proculdubio repetitionem denegasset, sed quia de tali
casu, sicut de omnibus raro contingentibus non tulerunt leges,
ut dictum, reliquerunt legislatores prudenti judici, ut cog-
noscat, non quibus verbis dictum aut scriptum, sed qua men-
te, qua Sententia, & consilio, illudque inquirere, & sequi
debet, memori fundamentorum justitiae, quae sunt.

1. *Ne cui noceatur.*

2. *Ut communi utilitati serviantur.*

Haec non solum in hoc proposito exemplo, sed in aliis similibus,
in quibus malum foret, sequi legem positam, bonum vero,
praetermissis legis verbis, sequi id, quod poscit ratio, & com-
munis utilitas, ne alias verba sequendo summam committamus
injuriam, locum habent: Imo judex, quigeniale jus, captatis
verbis, & juxta $\pi\eta\tau\alpha$ omnibus casibus singularibus, non attenta-
mente legislatoris, ac nulla circumstantiarum habita ratione, ap-
plicare velit, proculdubio dicendus injustissimus: ut optime,
& recte Wifemb. Disput. de aequitate. Thes. 9.

F I N I S.

ΠΑΡΕΡΓΟΝ

I.

*Pro ornatu quaero: an ad hoc, ut
vitam nostram defendamus, ag-
gressoremque è medio tollamus de
jure teneamur? affirmo tam in foro
poli, quam in foro soli.*

II.

*An ad alterius de vita periclitantis de-
fensionem suscipiendam teneamur?
affirmo ut in praecedenti.*

III.

*An pro defensione honoris, existima-
tionis, an famae quem occidere
liceat? nego.*

IV.

An pro defensione rerum? nego.

E 3

Utrum

Utrum is qui mavult resistere quam fugere , inculpatae tutelae moderamen transisse videatur? nego.

Si iniquitate judicis accidat , ut quis , in quem ne criminis quidem cadit suspicio , absque justa causa , nec adhibita praevia causae cognitione , non modo in carcerem detrudatur , sed etiam ita in angustias copiae ejus cogantur : ut nulla elabendi spes , vel occasio vel adsit , vel appareat : quaeritur si carceris custodem interficiat , an jure faciat ? quamvis affirmantium sententia videatur perquam durissima , tamen eam , tanquam melioribus negativa sufful-

fultam rationibus , amplector.

V I I.

*Agmen claudat illa positio : jus no-
strum non solum humanaauctor-
tate , sed ratione sustinetur.*

F I N I S.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z167917403

Digitized by Google

